

phaticæ per rationem tantum, adeoque deficien-
tibus sensibus, infirmiter probantur. Pluviæ v.
modum, mirandam Nivis formationem; causas
Ventorum hariolamur, non vero demonstra-
mus.

Si huc cum plurimis Physicis referimus Mine-
rales Aquas, fontium origines, Theras &c.
necessæ est, ut idem circa eas queramus.

§. VII.

Fossilium Historia Physica est imperfecta.

Sunt forsan multa, quorum vel existentia
nos latet, Naturæ autem, quod dicunt ludentis,
si vellemus scrutari opera in cryptis terræ admi-
randa, v. g. Salium configurationes, &c. non evi-
taremus censuram Scaligeri: Est stultæ temerita-
tis modum fiendi pertinaciter scrutari, quem so-
la sibi reservavit potentia. Solus Magnes scopu-
lus hucusque fuit, in quo omnes Physici naufra-
gium passi sunt.

§. VIII.

Plantarum Anatome sufficiens deficit.

Cum pronascuntur Plantæ, statim an, jux-
ta Malpighium, in semine jam delineatæ rudi-
ter partes existant? oritur Controversia: quo-
modo vero illa fiat formatio, de eo adhuc sub
judice lis est. Cum sensim incrementum capi-
unt stirpes, decrescit nostra scientia, & quicquid
dicitur de nutritione; innumera succi muta-
tione,

in Anat:

Plant: